

18.

dacium, nec ad evitandam mortem licita sunt. Sed jam quæres quomodo cognoscendum sit legem humanam obligare cum periculo vitæ? responderetur, quod quando observantia legis magis conducit ad bonum commune, quam vita civium, tunc lex obligat cum dispendio vitæ; quando autem observantia legis sit magis utilis bono communi, quam vita civium, hoc prudentis iudicio est standum. Ita Vasq. citatus num. 8. Salas num. 5. Lorca disp. 23. §. Hæc ergo solv. Et ratio est, quia ut supra diximus, quod legislator pro bono communi potest præcipere ad subeundum periculum cum evidenti vitæ periculo; ergo credendum est velle obligare cum tali periculo vitæ, quando observantia legis magis conducit ad bonum commune, quam ipsa vita, & idè iudicio superioris existimo standum esse in hac re.

Vasquez. Salas. Lorca.

19.

Suar. Sayrus. Palaus.

Ut tamen hanc regulam magis percipias, nota cum Suar. num. 7. Sayro num. 37. & Palao num. 3. quod res præcepta, seu observantia legis, non debet sumi per se solum, sed cum omnibus circumstantiis; sic audire missam non obligat cum periculo vitæ; at si ab infideli in contemptum fidei Catholica, prohibear audire missam, tunc teneor cum periculo vitæ audire. Item si tyrannus impèret contra præcepta, ex quorum violatione detur scandalum pusillorum, verbi gratiâ comedere carnes die sabbathi, tunc cum periculo vitæ teneor non comedere. Et ratio est, quia bonum commune Religionis præponderat bono particulari; at si ad tollendum scandalum sufficeret aliqua prorestitio exterior, tunc non teneret exponere vitam periculo.

20.

Dices; obligatio in his casibus non provenit à lege humana, sed lege naturali præcipiendo, ut fides confiteatur, scandalum non esse dandum, Respondeo; quòd etiam talis obligatio provenit non solum à lege naturali, sed etiam à lege humana. Primò, quia si non esset lex naturalis obligans ad illa, lex humana poterat obligare. Deinde quia illud præceptum audiendi missam, non comedendi carnes die sabbathi, in se est humanum; ergo ex præcepto humano in tali occasione obligat. Probatur quia ille, qui comederet carnes in tali circumstantia, non solum committeret peccatum contemptus contra Religionem; sed etiam committeret peccatum contra virtutem præceptam nempe temperantiam.

21. Caeteran.

Argues primò cum Caeterano. Lex humana si est, iusta, ordinatur ad bonum commune, ergo omnis lex humana etiam obligat subditos cum dispendio propriæ vitæ. Probatur consequentia, Bonum commune præferendum est privato, & homo pro bono communi tenetur vitam dare, qualibet enim pars pro bono totius debet se exponere, ergo cum omnis lex sit pro bono communi, omnis lex obligat ad periculum vitæ.

22.

Responderetur concedendo antecedens, negando consequentiam, ad probationem dico, non semper bonum commune anteponeendum esse gravissimo bono particulari, ut est vita, sed quando tale bonum commune magis requiritur ad conservationem reipublicæ, quam bonum particulare, quia sine tali bono particulari Respublica potest salva consistere,

non verò sine illo bono communi, quo extinguitur Respublica.

23.

Argues secundò. Potestas humana tanta est ut posita lege possit facere, ut id quod non erat peccatum sit peccatum, atqui non licet peccare mortaliter, imò nec venialiter pro conservanda vita, ut dicitur in *et. ita no 32. q. 3*; ergo lex humana eo ipso, quod obligat ad peccatum à fortiori obligat ad grave periculum vitæ. Confirmatur, quia gravior est mors animæ, quam corporis, sed lex humana obligat ad mortem animæ, nempe ad peccatum mortale, ergo ad mortem corporis.

24.

Ad Argumentum responderetur, quod totus discussus est verus, si consequentia intelligatur de lege non cessante; at nos dicimus, quod quando adest periculum vitæ, legis obligatio cessat, & ideo quando pro conservanda vita, necessarium est non observare legem, tunc tam non observare, non est peccatum mortale, quia tunc cessat obligatio legis, quod etiam in lege naturali cernitur, quæ licet obliget dare elemosynam extreme indigentibus; tamen si qui daturus est elemosynam eandem extremam patitur necessitatem, non tenetur ad talem elemosynam. Ad confirm. dicitur, quod licet mors animæ, prout privat gratiâ, sit gravior, tamen mors corporis prout est irreparabile damnum, est quid gravissimum nam in manu hominis posito Dei auxilio est recuperare gratiâ; At in manu hominis non est recuperare vitam corporalem deperditam; quod latius explicat Salas de peccatis tract. 13. disp. 5. sect. 3. num. 27. & 29. Deinde dico, quod mors animæ & corporis sunt in diverso genere, una est spiritualis, alia corporalis, & una non sequitur ex alia, qui extreme indigenti non dat elemosynam, peccat mortaliter, & tamen non inde incurrit in mortem corporalem.

25.

Argues Tertio, & multis exemplis. Primò Homo tenetur potius mori, quam contrahere, & consummare matrimonium gradibus prohibitis jure Ecclesiastico, verbi gratiâ cum consanguinea. Secundò Sacerdos tenetur potius mori, quam celebrare Missam sine vestibus sacris, & sine altarari, ac aliis ex jure positivo requisitis. Tertio, non licet communicare cum excommunicato; quamvis mortis periculum imminet, ut dicitur *cap. sacris de his, qui vult, exempla*. Quarto; Carthusianus, non potest comedere carnes, etiamsi nullum aliud remedium habeat ut vitam servet. Quintò; Christiani captivi remigantes in tremitibus Turcarum in bello contra Christianos, incidunt in excommunicationem Bullæ Cæne, & tamen si non remigaverint incurrunt in manifestum periculum vitæ. Sextò aliquando in bello navali, ne naves veniant in potestatem inimicorum ex principis mandato, milites sibi subiciunt ignem, & pereunt; ergo sæpe leges humanæ obligant ad mortem. Pro solutione argumenti sit.

C. Sacris

Qua

QUESTIO III.

Solvantur exempla, & multi, ac varii casus appositus in argumento.

SUMMARIUM.

- 26 Ob horum commune Republica Christiana non potest homo celebrare, ac consummare matrimonium sine dispensatione.
- 27 Contemptu in castro non potest homo celebrare sine vestibus sacris.
- 28 Textus ex cap. sacris exponendus de eo, qui celebrat cum contemptu.
- 29 Circa Carthusianos prima sententia affirmat etiam in evidenti periculo vitæ.
- 30 Secunda que solum tempore famis.
- 31 Tertia, quod in extrema necessitate potest secluso scandalo.
- 32 Christiani captivi remigantes in navibus Maurorum contra Christianos, non peccant, nec invidum in excommunicationem.
- 33 An milites in bello navali possint injicere ignem in navem quædam affirmant.
- 34 Negam alii.
- 35 Distinctione utendum.

26.

Suar.

Sanchez.

IN tertio argumento multi, & varii casus proponuntur. Ad pri. num dico quod in eo casu potest homo amphibologicè dicere, ut ait Suar. cit. lib. 3. de leg. cap. 30. num. 14 se eam ducere in matrimonium, non tamen consummare matrimonium, si verò cogatur eam ducere, ac consummare matrimonium, probabile aliqui existimant apud Sanchez lib. 7. de Matrim. disp. 5. num. 4. Quòd sine culpa potest eam ducere, ac consummare matrimonium, quia stat ratio quia lex Ecclesiastica non obligat cum dispendio vitæ sed contra hoc urget, quia nullus audebit dicere, quod matrimonium sine Parocho, & testibus celebratum gravi interveniente metu sit validum, ideo melius dicendum est eam ipso Sanchez citato loco, quod non potest fieri, ut tale matrimonium sit validum, quia lex Ecclesiastica obligat cum dispendio vitæ, quando hoc requiritur ad bonum commune, licet ego illa impedimenta, metus ex jure Ecclesiastico dirimant matrimonium; & esto probabile sit, quod metus etiam ex jure naturali exorset, tamen lex impedimentorum maxime conducit ad bonum commune Ecclesiæ, obligat ergo cum dispendio vitæ, nam si talis metus efficeret, ut matrimonium contractum cum impedimento dirimenti esset validum, daretur via contemendi impedimenta, & ad multa dobia, ac quæstiones cum grandi damno Republicæ Christianæ.

27.

Ad secundum exemplum dicendum cum Authoribus tertie sententiæ, quod si quis cogatur etiam cum vitæ periculo celebrare sine vestibus sacris in contemptum fidei, vel cum aliorum scandalo, non potest celebrare, quia magis præponderat reverentia Sacramenti, quam vita hominis particularis; si vero fin-

gatur casus, quo cogatur celebrare sine contemptu, ac scandalo, sed ob indiscretam devotionem, tunc sine peccato potest. Non verò inde inferas posse celebrare sine vestibus sacris ad communicandum infirmum, ut notat Vasquez citatus num. 5. quia communicatio non est medium necessarium, & præceptum communicandi in morte non obligat, nisi cum copia sacerdotis legitime ministrantis, Ad tertium, ad text. cap. Sacris de his, qui vi, & metu, Vbi Pontifex ait, quod ab excommunicatione non liberatur ille, qui ex metu agit cum excommunicato, textus exponendus est de illo, qui agit cum excommunicato contempta potestate clavium. Ita Navar. in summa cap. 37. num. 56. Covar. in cap. Alma mater part. 1. cap. 3. num. 9. Grassius in aur. decis. lib. 4. cap. 13. Soar. tom. 5. disp. 4. sect. 3. num. 12. Azor Instit. moral. part. 1. lib. 1. cap. 11. quest. 1. alias interpretationes ad dictum Textum affert Barbosa in collectanea.

Vasquez.

28.

Navar.

Covar.

Grassius.

Suar.

Azor.

Barbosa.

Valentia.

Sorus.

Corduba.

Bañez.

Salas.

Diana.

30.

Vasquez.

Salas.

Lorca.

31.

Covar.

Gerfon.

Medina.

Azor.

Lefsius.

Suar.

32.

Bonacina.

Ad quartum exemplum dicimus valde laudabile esse statum Carthusianorum, ut pro reformatione Religionis potius permitant se mori, quam manducare carnes; amen ad præsentem quæstionem in ea triplex est sententia, Prima astruit in extrema necessitate tam morbi, quam famis, non posse Carthusianum comedere carnes, quia reformatio & bonum Religionis præponderat particulari. Ita Valentia 2. 2. disp. 5. quest. 13. punct. 4. Sotos, Corduba, Pan. ut. an. quos referunt Salas disp. 1. sect. 2. num. 28. Diana in dubiis Regul. tom. 3. Resolut. 39.

Secunda sententia ait; quòd causa vitandi morbum, etiam nisi à medicis præcipiatur, tanquam extremum remedium ad vitam non potest; at verò Carthusianus sit in extrema necessitate, & nulli alii sint cibi, nisi carnes; ait quod potest eas comedere; tum quia statutum non obligat, nisi quando alii sunt cibum quia valde irrationabile est, ut homo se finat fame perire, Ita Vasquez 2. 2. disp. 162. n. 14. Salas citatus n. 22. Lorca disp. 23.

Tertia vera, & communior sententia astruit quod in extrema necessitate secluso scandalo potest Carthusianus comedere carnes, ratio est, quia nulla lex comprehendit extremam necessitatem, cap. Exitus de verborum significatione 2. nullum vo um obligat in extrema necessitate; nam in materia voti semper intelligitur, nisi aliud necessitas postulet, ut ait Azor, citandus. 3. Quia nec bonum Religionis illud requirit, rationabiliter loquendo, quia satis est, quod pro nullo alio casu sit comestibilis, nisi pro extrema necessitate, & aliunde homo habet jus naturale ad conservandam propriam vitam. Ita Covar. Gerfon, Medina, & alii, quos citat, ac sequitur Rodrig. tom. Regular. quest. 100. art. 1. conclus. 2. Azor. tom. 1. lib. 5. cap. 6. quest. 7. Lefsius lib. 4. cap. 3. n. 12. Suar. lib. 6. de leg. cap. 7. num. 9. Bonac. tom. 2. disp. 8. quest. 8. punct. 2. num. 16. Sà verb. Relig. num. 58.

Ad quintum exemplum dico, quod Christiani captivi, qui remigant, ac gubernant naves Turcarum contra Christianos, non incidunt in excommunicationem Bullæ Cæne, nisi ex eorum auxilio, clarè & manifestè constet, quod victoria magni momenti, vel vobis tabilis



rabilis persona, utpote Regis sit eripienda à Christianis in magnum damnum Reipublicæ Christi, ratio est, quia lex Ecclesiastica non obligat cum tanto vitæ discrimine, nec bonum Reipublicæ Christianæ in ordinario bello hic, & nunc, verbi gratiâ ad surripendam unam navem tantum obligat. Deinde dico, quod non peccant mortaliter remigando, si bellum sit tantum de bonis externis, auro, argento, vel mercibus pretiosis agitur, quia illi remigantes sunt in extrema necessitate, in qua omnia sunt communia. Deinde, illa actio remigandi est indifferens, & varius est eventus belli, & fieri potest, ut Christiani sint victores & illi à captivitate liberentur; & idem dicendum est de illis, qui præstant, necessaria ad bellum, montiunt castella, locant domos meretricibus, Ita Molina tom. 1. disp. 115. Sanchez lib. 1. Decalog. cap. 7. n. 18. Valq. Villalobos, Azor, Covarr. & multi alii, quos citant, ac sequuntur Bonac. tom. 1. disp. 2. quest. 4. punct. 2. §. unico, n. 25. Sapientissimus M. Fr. Anton. de Souza in Bullam Cæne, disp. 3. n. 6. Filiuc. tom. 2. tract. 22. cap. 5. num. 147. Diana tom. 1. tract. Miscell. 5. Resol. 34.

Molina. Sanchez. Villalobos. Azor. Covarr. Bonacina. Souza. Filiucius. Diana.

Ad sextum exemplum, quod in bello navali, ne milites cum navi veniant in potestatem inimicorum, possint ipsi ignem iniicere in navim, & se in mare præcipitare, affirmant Sylvius in 22. quest. 64. art. 5. ad 4. Marchantius in Resol. Pastorum ad Decalog. cap. 5. quest. 8. casu 4. Lessius lib. 2. cap. 9. dub. 6. num. 34. Ubi ita ait excusari possunt nostri milites, & focii navales, qui sæpè fortissime cum hæreticis prælo navali dimicantes, cum jam videant navim in potestatem inimicorum venturam, communi consensu ignem pulveri injiciunt, & se mari comittunt, ne ipsi, & navis veniant in hostium potestatem; non enim intendunt sui interitum, sed ne hostis navi cum publico damno potiat, & ut seipos, si qua ratione possint, morti certissima ab hoste inferenda eripiant, ita citatus Lessius, & post illum eodem modo Malderus 2. 2. tract. 3. cap. 1. dub. 16.

Malder.

Gordon. Diana.

In hoc casu multum dubitat Jacobus Gordonus in Theologia morali tom. 1. lib. 5. q. 4. cap. 1. §. 2. dub. 4. Tamen contrarium tenet Diana tom. 5. tract. 4. Resol. 26. ex eo quod Auctores supracitati supponunt, quod milites occidendi sunt ab hostibus, quod in bello cum Mauris non accidit; imò moraliter contrarium est certum; nam Mauri milites vivos servant, ut postea captivos vendant, vel illi se ipsos redimant.

Hic casus multa distinctione explicandus est, si milites certissime intelligunt, quod ab hostibus injuriose sint occidendi; vel quod ex capta navi locupletissima, hæretici, ac infidelis potentiores facti sunt, in damnum Christianæ Reipublicæ, tunc non videtur improbabile, quod igne injecto valeant procurare mortem suam, quia plus ponderat bonum Reipublicæ Christianæ, quam eorum vita, si autem contrarium pro certo haberetur, cum Diana consentio quod supradictis circumstantiis non intervenientibus, non possunt sibi ignem iniicere.



RESOLUTIO. XLVI.

Oracula vivæ vocis.

QUESTIO PRIMA.

Proponuntur, quæ sunt certa in hac materia.

SUMMARIUM.

- 1 Quid sit Oraculum vivæ vocis.
2 Constitutio Gregorii XV.
3 Constitutio Urbani VIII.
4 Solum revocantur vivæ vocis Oracula, quæ erant ante Urbanum.
5 Derogantur Oracula quoad forum internum, & externum.
6 Valde probabile quod indulgentia non sint derogata.
7 Probabile, quod gratiæ, quæ sunt merè favorabiles, & in nullum detrimentum Ecclesiæ, quod non sint revocata.
8 Privilegia, quæ sunt universalis pro tota Ecclesiæ non revocantur.
9 Per hæc non revocantur illa Oracula, quæ sunt vere declarationes, & explicationes privilegiorum.
10 Quid dicendum de illis, quæ habent tractum successivum.

QUESTIO est difficilissima ob multas, & varias expositiones à Doctoribus datas, & ut in hac quaestione clarè procedamus, hic apponemus, quæ sunt communia, & tanquam certæ habentur; postea duabus quaestionibus sequentibus Authorum placita cū nostra sententiâ preferemus, & ut à nomine incipiamus: Oraculum vivæ vocis, est gratia ore tenus facta à Sommo Pontifice sine scriptura, & cū non possit probari scriptura authentica, per testes verificetur.

Primo, Gregorius XV. die 2. Julii 1622. dedit Bullam, quæ incipit: Romanus Pontifex, in specula, sic ait Pontifex: Motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, de qua Apostolica potestatis plenitudine; omnia, & singula indulgentiæ, facultates, privilegia, gratias, & concessiones quascunque spirituales, & Ecclesiasticas, tam ad forum interius quam exterius spectant, ac tam ad supplicationem partium, quam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus à Sede Apostolica, quæ tamen vivæ vocis oraculo hætenus quantocumque, & qualitercumque, ex quavis etiam de necessitate exprimenda causa quibusvis Collegiis, &c. Ordinibus Mendicantiæ, non mendicantiæ, etiam Societatis Iesu etiam ad instantiam quorumcumque Prælatorum; renore presentium revocamus, cassamus, tollimus, abrogamus, & annullamus, ac revocata, cassa, sublata, abrogata, annullata, viribusque, & effectu vacua fore, & esse, neque in posterum cuicquam suffragari posse, vel debere decernimus, & declaramus. Excipit tamen vivæ vocis oracula, quæ fuerint firmata propria manu S. R. E. Cardinalium;

Gregor. XV.

& est Bulla Gregorii XV. 27. habetur apud Bullarium Cherubini tom. 3. fol. 422.

Postea Urbanus VIII. die 20. Decembris anno 1631. & incipit: Alias felicitis recordationis. Et ait Urbanus Gregorius Papa XV. prædecessor noster, ut subnascentibus ingiter variis difficultatibus, & absibus; ex privilegiis à Sede Apostolica vivæ vocis oraculo sæpe numero concessis obviam iret, & cum experientia rerum magistra compertum sit, concessiones, & gratias vivæ vocis oraculo etiam à S. R. E. orientas, & ipsorum mansu firmatas, sæpè ab his, in quorum favorem emanarunt, minus canonica interpretatione extendi, & perperam in disciplina Ecclesiastica detrimentum executioni demandari. Idcirco, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, omnia & singula privilegia, facultates, licentias, & gratias quascunque per Summos Pontifices prædecessores nostros, ac per nos, vivæ vocis oraculo, & S. R. E. Cardinalium quorumcumque manu firmata, quibuscumque Generalibus, Provincialibus, ceteris superioribus cujuscumque Ordinis statuti Congregationis etiam Societatis Jesu, sive ad instantiam Imperatoris, Regum, Principum quorumcumque quæ omnia renore presentium revocamus, cassamus, annullamus, ac irritamus; & est Bulla 12. Urbani, habetur apud Cherubinum tom. 4. Bullar. fol. 181.

Ex his constitutionibus Apostolicis. Primo certum, quod revocata sunt vivæ vocis oracula, quæ extabant ante bullam editam Urbani VIII. ipse ait Concessa per Pontifices prædecessores nostros, ac per nos. Si vero extant post aliqua oracula ipsius Urbani, ac successorum eius, verbi gratiâ Innocentii X. Alexand. VII. Clementis IX. sunt vera & valida cum omni suo effectu, nam solum sunt revocata antecedentia non vero subsequenta.

Secundo contra Leandrum de Martia, ac alios dando quæst. sequenti, asserentes quod si admittantur vivæ vocis oracula quoad Regulares derogata per Summos Pontifices, est tantum quoad forum externum non internum, Contrarium expresse constat ex Constitutione Gregorii XV. Derogat enim Pontifex omnes facultates, concessiones, ac privilegia, tam ad forum interius, quam exterius à Sede Apostolica obtenta vivæ vocis oraculo, ut supra in hac quaest. num. 2.

Tertio per hanc derogationem factam quoad vivæ vocis oracula, non intelliguntur indulgentiæ concessæ, quia juxta Navarrum consil. de penitentia num. 2. Ubi docet quod indulgentiæ non comprehenduntur sub nomine privilegiorum, gratiarum, ac indulgentiarum, quia juxta regulas Cancellariæ, à Summo Pontifice initio suæ Assumptionis solent recitari omnia indulta, gratiæ, & facultates, & tamen sub illis non veniunt indulgentiæ, sunt enim maxima privilegia, & gratiæ omnino favorabiles, & ideo ad sui revocationem indigent speciali expressione ita Peirinus tom. 3. ad hanc consil. Urbani VIII. cap. 12. numer. 1. ad finem, Bordonius tom. 1. Resol. 3. n. 4. Pellizarius tom. 2. tract. 8. cap. 1. sect. 5. num. 31. Lezana verò verb. Oracula vivæ vocis num. 5. ad finem; quod Indulgentiæ veniunt gratiarum nomine, ac proinde cum in his constituti-

Peirin. Borden. Pellizari. Lezana.

tionibus revocentur omnes gratiæ, revocantur etiam indulgentiæ

Quarto; probabile est etiam, quod privilegia gratiæ, quæ sunt omnino favorabiles, & in nullum sunt detrimentum Ecclesiæ, sed in maximam devotionem, ac edificationem fidelium, ut recitare officium B. Virg. in lebatho non impedito, quod non sint revocata in his constitutionibus, ut colligitur constitutione Urbani VIII. causa finalis, quæ movit Summos Pontifices ad hanc revocationem, extitit detrimentum Ecclesiasticæ disciplinae, sic dicitur ibi Minus Canonica interpretatione extendi, & perperam in disciplina Ecclesiastica detrimentum demandari: Causa finalis, seu impulsiva ampliat, & restringit constitutionem, l. cum Pater, §. Dulcissimi, ff. de legatis 2. quem refert & sequitur Panormit. in cap. Ecclesiæ de immunit. Ecclesiæ, n. 5. & 6. Sed usus talium privilegiorum in nullum detrimentum Ecclesiasticæ disciplinae cedit, sed in magnam utilitatem, ac bonum fidelium, & ad eorum devotionem augendam; ergo in tali revocatione non comprehenduntur. Ita citat, Pellizari. & Bordon. n. 3.

Urban. VIII. L. Cum patet. Panormit.

Pellizari. Bordon.

Quinto; in his constitutionibus Gregorii, ac Urbani non revocantur ea vivæ vocis oracula, quæ sunt universaliter pro omnibus fidelibus, ac pro tota Ecclesiæ, ut est illa oratio: Sacrosanctæ, & individuae Trinitati; nam prædicti duo Summi Pontifices Gregorius, & Urbanus non revocant absolute omnia vivæ vocis oracula; sed tantum illa, quæ concessa fuerunt: Superioribus, & personis cujuscumque Ordinis, Congregationis, Instituti, & Societatis vel ipsi Ordinibus, Congregationibus, Institutis, Societatibus, ita habent prædicta constitutiones; ergo cum sint derogatoria privilegiorum, & non sint ultra extendendæ præter id, quod expriment; ac proinde tantum Regularibus agunt, eorumque vivæ vocis oracula derogant, & non aliorum. Ita docent Reverendissimus M. Stenius dignissimus Generalis Carmelita in Instrucl. pro Carmel. cap. 20. num. 8. & 9. M. Lezana verb. Officium Divinum num. 13.

Gregor. Urban.

Stenius. Lezana.

Sexto; per has Constitutiones Gregorii & Urbani non videntur revocari, ac annullari, vivæ vocis oracula, quibus sanctitas sua, aut alii Summi Pontifices, privilegia Regularibus concessa; aut decreta Summorum Pontificum, aut sacrorum Canonum, aut Concilii Tridentini, aut aliorum Conciliorum, explicant, aut declarant in Concernentibus ad Regulares dummodo prædicta vivæ vocis oracula non contineant aliquam gratiam, privilegium, aut indulgentiam; solum enim revocantur, aut cassantur: Omnia, & singula privilegia, facultates, licentiæ, & gratiæ quascunque vivæ vocis oraculo concessæ. Ut in eisdem literis exprimitur; Alia vero vivæ vocis oracula quæ privilegia, licentiæ, & facultates, & gratiæ non sunt, sed tantum merè declarationes, aut explicationes, non sunt revocata à sanctissimo. Ita M. Lezana tom. 1. summa. cap. 3. nota. 1. Peirinus tom. 2. Consil. Minim. in Consil. 8. Pauli. V. num. 1. Bordon. tom. 1. Resol. 31. num. 7.

Lezana. Peirino. Bordon.

Septimo quæres quid dicendum de illis, quæ habent tractum successivum, verbi gratiâ ha-

10. buit.